res oñdens fidei sue deuocōez (vi-  
des cū cecidit ad pedes ei⁹) p̄na



ad ans eū in recognicōez sue di  
uinitatis p̄. **Cor. xiiij.** Cades in  
faciem p̄nunciavit q̄ vere de? in  
vobis sit p̄s. **Adorabim?** in loco  
vbi steterūt pedes ei? (q̄ dixit ei  
dñe si fuisses hic) **Item** qd̄ dixit  
martha eadē fidei simili deuocō  
ne (frat̄ me? nō fuissz mortuus)  
qm̄ p̄nā vite locū mors habe  
re nō potest. p̄. **Cor. xv.** Absorp  
ta est mors in victoria q̄ ē sēfus  
ac si dicat aliqua indignitas no  
stra tuā demeruit p̄nāam q̄ ideo  
mors ingressuz ad nos habē po  
tuit. qz p̄pter nostrz aliquod ma  
lum meritū tu elongatus a nob̄  
fuisti. **Tren. p̄.** **Idarco** ego plo  
rans q̄ ocul? me? deducens lacri  
mas. qz longe fact? ē a me cōso  
latoz conūtens animā meā. (**Ihe  
sus** ergo vt vidit.) **Tangit** hic  
mod? quo impetratū est miracu  
lum. tā ḡitur autē hic tria. com  
passio plorāciū q̄ plangēciū de  
functi amīcoz quib? cōpassus ē  
dñs. edificatio astāciū. q̄ dispo  
sicio loa sepulchri visi a dño. **In**  
p̄mo loz dicit tria. lacrimacōez  
ex passione. q̄stionem de loco se  
pulchri ex suscitādi volūtate. q̄ fre  
mitū q̄ turbacōez sui ipsi? ex mor  
tis loz. **roē. dic̄ ego:** ih̄s ego vt vi  
dit: affcū hūano qd̄ añ nouerat  
ex dātatis v̄tute (eā plorātē) mā  
riāq̄ eū diligebat q̄ iō diligebat  
ab eo. **Luc. viij.** dimittūtur ei pec  
cata multa qz dilexit multū (q̄ iu

beos) amicos eius (qui erāt euz  
ea) i dolore (plorātes) **Gen. vi.**  
tact? dolore cordis intrisec? **Osee**  
**xi.** Penitudo mea turbata ē in  
me (infremuit spū). **Infreme** spi  
ritu ē fremere dolendo int? in spū  
q̄ spaciendo **Gen. xlv.** nō se pote  
rat vltra ctinere ioseph multis  
corā astantib? . sic em̄ iste verus  
ioseph humanū demōstrans af  
fectum q̄ veraz natu: az possibilez  
in luctu amīcoz **Gen. xlv.** Eleua  
uitqz vocē cum fletu quā audie  
rūt egipci om̄sqz dom? pharao  
nis (q̄ turbauit semetip̄suz) qz  
cōtra racōez in ipso null? motus  
fuit q̄ ideo molestia eū nō viat. s̄  
ipse in se turbacōez fieri voluit:  
vt humanū oñderet affectuz ad  
amicos **Gen. xliij.** cōmota q̄ppe  
sūt viscēa ei? sup̄ fratre suo (q̄ di  
xit vbi posuistis eū) iā incliatus  
ad volūtatem suscitādi vt lumio  
sos oculos dirigerz ad mortuuz  
q̄ sic suscitaret eū **Ecc̄. xxiiij.** **In**  
spiciā oñes dormiētes q̄ illumina  
to oñes sperantes i dño **Mich.**  
**vij.** Dum sedeo in tenebris dñs  
lux mea ē. iram dñi portabo quo  
niā peccavi ei. **Sic** vocauit ad p̄  
mum in p̄ctis mortuuz **Gen. iij.**  
dicens adā vbi es? audiui domi  
ne vocem tuā q̄ timui eo qz nud?  
eēni q̄ abscondi me quasi in spelū  
ca sepultū (Dicunt ei) intercesso  
res eius (dñe veni q̄ vide) veni p̄  
compassionem accedens q̄ vide



tenebras misericordie subleuās **Exo.**  
**iiij.** Videns vidi afflictōem popu-  
li mei qui est in egipto et gemitū  
eius audiui **Ysa.** **lxiiij.** Nunquā  
sup hijs continebis te et tacebis  
et affliges nos vehementer (Et  
lacrimatus est ih̄s) **p̄s.** Fuerūt  
michi lacrimae meae panes die ac  
nocte. **Tren.** **p̄mo.** Plorās plora-  
uit in nocte etc. **Luc.** **xix.** Videns  
ciuitatem fleuit sup illam dicens.  
quod si cognouisses et tu magis ei  
ut dicit **Ihero.** Fleuit misericordiam  
cōditionis humane quā mortem  
amicū **Ihero.** **ix.** Quis dabit ca-  
piti meo aquā et oculis meis fon-  
tē lacrimarū et plorabo die ac no-  
cte interfectos filie populi mei.  
(Dixerūt ergo iudei) Tangit cir-  
cūstanciā ex pietate sua edifica-  
tōem **p̄mo** autē tangit edificati-  
onē bonorū dicentiū (ecce quomō  
amabat eum) hoc est quāta pie-  
tate. hic est euerus amicitie affe-  
ctus affligi in malis amicū **Osee**  
**xiiij.** Diligaz eos spontaneē quā  
auerfus est furor meus ab eis. **Jo-**  
**hā.** **xv.** Vos dixi amicos quod que-  
cūqz audiui a patre meo nota fe-  
ci vobis (quā dā autē dixerūt ex ipsis)  
minus bonū affectis circa fidē ma-  
iestatis eius (nō poterat) **Glosa**  
potuit sed noluit quod plus est mor-  
tuum suscitare quā ne moreret fa-  
cere. vñ etiā dubitādo p̄ modū  
quāstionis hoc p̄ponunt et allegant  
potētā ei⁹ in miraculis (hic qui

aperuit oculos cæci nati) **Jobā.**  
**ix.** Ego in iudiciū veni in hunc  
mundū ut qui nō vidēt videant  
et qui vidēt cæci fiāt (facere) p̄ser-  
uando a morte (ut et hic) scilicet  
hic lazarus? (non moreret) min⁹  
enī est p̄seruare euz a morte qui  
vixit quā reddere et restituē mēbz  
quod iam perijt et hoc mō carna-  
les argumētabant qui virtutez  
eius limitatā eē putabant et facili-  
us facere quōd min⁹ est quā id quod  
maius est et hic est error. vñ **Augu-**  
**stin⁹** qui voluit facere ut moe-  
retur plus factum est ut mortu⁹  
suscitaret per hoc enī p̄batur quod  
euz quē amabat mori nō p̄misit  
misi dispensatiue et mortuum su-  
scitauit in declaratiōe in sue glorie  
**Osee.** **xiiij.** O mors ero mors tuā  
morsus tuus ero ferre (Ih̄s autē  
rursus fremens in seipso) fremē-  
bat extra sonum lugentis emit-  
tens turbatur intus miseriaz cō-  
ditionis humane considerans in  
quā incidit ex peccato et rursus la-  
crimatur que lacrimae de interio-  
ribus ad exteriora prorumpūt.  
**Job** **tercō.** tanquā inuidātis aque  
sic rugitus meus. **ij.** **Regū.** **xviiij.**  
Rex fleuit et sic loquebat vādes  
absolon fili mi absolon quis mi-  
chi det ut moriar p̄ te fili mi ab-  
solon (venit ad monuītū) hac  
motus misericordia et impulsus  
et passione **Querit Criso.** quare nō  
absēs curauit sic supra **Job.** **iiij.**



Filiū reguli rñdet qui absens cu  
rasset nō constaret p ipsū factum  
miraculū a ideo veniens a presēs  
curauit. Et qđ dicit de filio reguli  
hoc factū fuit ad erudiendā a ele  
uandā ad fidē reguli incredulita  
tem. **S**z adhuc obiāt. qz **Ysa**  
**ye. xliij.** dicit. Non erit tristis ne  
qz turbulētus. h ad hoc dicendū  
ē sicut sepe rñsum ē q est tristitia  
passio. a tristitia ppassio sicut di  
ct **Iheronim⁹** ppassio ē que affi  
ct naturā h nō abiāt racōnem a  
hoc cecidit in xpm qui vere a ve  
ram habuit naturā humanā. Ea  
aut que passio ē alterat naturā  
a abduat a ciat racōem a hoc in  
xpm nō cecidit a de illa dictū **Ysa**  
**ye** intelligit. **S**ed otra hoc itez  
obiāt. qz h dicitur turbauit se  
metipm. ergo videt q turbatus  
fuit intus et nō est turbacō nisi  
qn racio obnubilat. ergo racio a  
luce sua abducta fuit. qz ōne qđ  
turbatur quietē amittit a sereni  
tatem. **A**d hoc aut iterū **h** **Ihe**  
**ronimū** est dicendū q falsū suppo  
nitur i obiectōne qz turbacō p  
passio racōnis sermitatē non im  
pedit nec abduat. **S**z afficit sen  
sibile animā in sensū doloris vel  
cōpassionis. **E**t si qñtur qre tūc  
vocatur turbacō. dicendū q sere  
nū sensibilis ē in cōtinua iocūdi  
tate dulcedinis a affectio strarij  
illā turbat sermitatē. **S**i autem  
qñtur vtrū hoc turbacō ad racō

nem deuenit. dicendū q ad rōis  
iudiciū deuenit a ad ordinē quia  
nihil pter racōnis ordinē potuit  
ēē in xpo. h affectus eius fuit i ra  
cōne est in natura eius qđ erat  
passibile a ex hoc nihil seqtur in  
cōueniens. a qz a racōne ordina  
ta fuit ideo dicit q semetipm se  
ipsū turbauit hoc aut alibi a no  
bis determinata fuit. **A**ttende aut  
q pmo fremit a turbat. scđo dicit  
q lacrimatur. a terco q iterū fre  
mit h nō dicit q turbetur. pmo  
em docet fremitū ad cordis cōpū  
ctiōne a turbacōnem. **J**ob. ii.  
**C**onuertimini ad me in toto cor  
de vestro in ieiunio a fletu a plā  
ctu. ecce fremit a scindite corda  
vestra. ecce turbacō cōpunctiōis  
scđo lacrimat ad delicti expiācō  
nem a ablucōem. **P**s. Lauabo p  
singulas noctes lectū meū lacri  
mis meis stratū meū rigabo. ter  
cio fremit ad indignacōem reliq  
arum pcti. **A**bacuk. iij. **P**s. In  
fremitu cōculcabis terrā hoc est  
fumantē terrenitatem in vapore  
peccati. **I**n furore hoc ē indigna  
cōne cōtra peccatū obstupescies  
mōtes hoc ē supbie tum oēs qb?  
cōtemnitur pceptoz a pcepta. et  
sic armatus cōtra peccatū venit  
ad monumētū eius qui ē suscitā  
dus. vñ glosa. **F**remas a tu in te  
si vis reuiuiscere. attende etiā q  
ter dñs fleuisse legit. **L**uc. xix. hu  
per ciuitatez vanitatis fleuit. hic



sup lazari suscitacione. fleuit in  
passione in sui sacrificij obla-  
one p totu mundi redempcoe do-  
cens nos deflere p dī occasione q̄  
ē mūdi vana cōcupia. docēs nos  
deflere p uacōem vite q̄ est vite  
eterne p sepacōem a deo carēcia.  
docens nos flere in deuocōe oraci-  
onis cū offerim? deo spm̄ tribu-  
latū. De p̄mo Lu. xix. vidēs dñs  
ciuitatē iherl̄m fleuit sup illā p̄s.  
Sup flumina babilōis illic se-  
dim? a fleuim? q̄ū recordamur  
sp̄o. De sc̄udo Job. xi. lacrima-  
tus ē ilis Job. xvi. facies mea in-  
tumuit a fletu a palpebre mee  
caligauerūt. De tercio Heb. v.  
In dieb? carnis sue p̄ces suppli-  
cacoēs q̄ ad deum cū clamore va-  
lido a lacrimis offerēs in om̄ib?  
exaudit? ē p̄ sua reuerēcia. Ysaie  
xxxviii. audiui oracōez tuā vidi  
lacrimas tuas Osee. xii. fleuit a ro-  
gauit cū Adhuc attēdēdū q̄ do-  
min? tres mortuo? suscitauit vñū  
i domo puellā. vñū i porta cītatis  
corā turba filiū vidue. terciū i se-  
pulchro q̄terduanū qd̄ fiḡt tria  
gna p̄cōz. mortu? ei i domo fiḡ-  
ficat p̄c̄m i cordis delcācōe a cō-  
fū. mortu? at i porta cītatis fiḡ-  
ficat p̄c̄m i ope qd̄ p organa sēs?  
in scādalu p̄cedit p̄rimoz. terci-  
us at fiḡficat p̄c̄m in cōsuetudie  
qd̄ iā fetz a opp̄ssuz mole p̄dēra-  
ta male cōsuetudis. De p̄. sap. xv  
iij. a Exo. xii. neqz enī erat tom?

in q̄ n̄ iacerz mortu? De. ij. p̄sa. 3.  
ruit p̄pls vir ad virz vñ? q̄sqz ad  
p̄ximū suū De tercio dī i p̄s. sepl̄  
chz patēs ē guttur eoz. Matth.  
xxiii. siles sepl̄chris dealbatis q̄  
foris vidētur tōib? speciosa. In-  
tus aut̄ plena sūt oī spurācia q̄  
ab oī p̄cō p̄t suscitae de? a potēs  
ē grā dei. p̄sa. xxvi. viuet mortu-  
tui int̄ fedi mei r̄surgēt. (Erat at̄  
spelūca) tāgit hic sepl̄chri dispo-  
sicōez. Qz at̄ dīc: erat at̄ spelūca:  
ideo dīc ne suffossuz sepl̄chri  
putaret in quo alius viui? subin-  
trauerit vt sic sophisticū miracu-  
luz crederet a q̄ dīc (a lapis)  
grādis (supposit? a cō) ideo dīc ne  
alius supi? lapide remoto subin-  
trisse credat. spelūca aut̄ h̄ bara-  
trū fiḡt desperacōis in eo q̄ sp̄ua-  
liter ē mortu? Prou. xviii. impi?  
cum in pfundū venerit p̄cōz cō-  
tēmit. p̄sa. xxiii. Formido a fouea  
a laqus sup te qui habitator es  
terre formido cōscie ad apienduz  
fouea baratuz desperacōis ad ab-  
sorbendū. laq? vt? sentēcie fina-  
lis ad in penis tenendū a lapis  
superposit? vt expirare fetoz non  
posset qui in morte spiritali ob-  
duracōem signat cordis ad non  
penitendū Tren. iij. Lapsa est in  
lacum vita mea a posuerunt lapi-  
dem sup me. ij. Re. xviii. Tumu-  
lum lapidū posuerūt sup absalō  
mortuū Heb. iij. vt nō obdure-  
tur quis ex vobis fallacia peccati



**Ps.** Nolite obdurare corda v̄ra  
(Ait ih̄s) hic tanguntur ea q̄ ad  
huiusmodi faciūt p̄fectōem. di  
uiditur autē hec ps̄ in quatuor  
p̄tes. in quarū p̄ma oñditur qz  
is q̄ fuscitandus est vere ē defūctus  
et corruptus. in secūda p̄ponit̄ fu  
scitandi modus. ibi. i. h̄us autē ele  
uatis oculis. in tercia p̄mit̄ fuscita  
tōis effectus. ibi. et statim p̄dicit. i.  
q̄rta autē et vltima p̄mit̄ h̄us mira  
culi fructus. ibi. multi ego ex iude  
is et c. In p̄ma h̄arū tangunt̄ q̄tu  
or sc̄z demonstratio defuncti fetidi  
p̄ lapidis sublatōe et p̄us vide  
at̄ corruptus et sic idē sciat̄ fuscita  
tus et n̄ aliter. In secūdo p̄ suggesti  
onē mart̄e oñditur eē corruptus  
et ideo fetidus. In tercio oñditur i  
h̄is maior gl̄a in v̄sa fuscitacō  
ne. In quarto p̄mit̄ sublatō la  
pidis vt̄ corruptus oñditur ad  
miraculi commendacōem. di  
cit̄ ergo (tolлите lapidē) vt̄ oñes  
videāt fetidū mortuum et corrup  
tū. ad hoc em̄ fetet̄ h̄m litterā vt̄  
oñes corruptū oculata fide vide  
rēt. h̄m autem misterium signi  
ficat ablatōem obduracōis cor  
dis qui a d̄no est fuscitandus. Eze  
ch̄. xxxvi. auferaz a vobis cor la  
pidē et dabo vob̄ cor carneū. hoc  
eciā signat vt̄ dicit̄ gl̄o. on̄. vete  
ris legis eē remouendū et grām  
eē p̄dicandā. ij. Cor. iij. nō in ta  
bulis lapideis s̄ in tabulis cordis  
carnalibus. (Dicit̄ ei martha so

roz eius qui mortuus fuerat) s̄ di  
cit̄ vt̄ oñdatur vt̄ illa defuncto ta  
lia nequaquā dicerz nisi vera eēnt  
(d̄ne iaz fetet) eo qz itus corrup  
tus est (q̄druidan̄ ei ē) tātū ei  
tēpus in terra calida magnā in  
teriorz adducit corrupcōem. Inte  
rioribus em̄ corruptis non ē pos  
sibilitas aliq̄ ad vitā. qz interioā  
sūt vasa vite et nō exteriora. in q̄  
b̄ forte adhuc figurā mortuū te  
nuerat. ysa. xiiij. Sic samie pollu  
t̄ et obuolut̄. In mortuo at̄ spū  
aliter signat fetor malū odorem  
opimōis. Quadruidanū em̄ eē  
est in delectacōe et cōsensu et cōple  
ta volūtate que sūt vna dies mor  
tis. secūda autē mala opacō. ter  
cia vero in corrupcōe aliorū p̄pa  
lacio. q̄rta autē cōsuetudin̄ ob  
duracō. Jobel. ij. ascēdet fetor ei  
et ascēdet putredo ei. Amos. iij.  
Ascendere feci fetores v̄m et pu  
tredinē castroz v̄rorum ad naēs  
v̄ras et non estis reuerfi. hoc aut̄  
dixit martha et nō maria qz acti  
ue plus cōpetit curam habere iust̄  
om̄is animaz q̄ contemplatiue.  
(Dicit̄ ei ih̄s) Tercū est in quo  
oñditur qz totū hoc ordinat̄ ad  
gloriā dei manifestandā (nonne  
dixi tibi) supra paz (qm̄ si credi  
deris) q̄a nichil ē impossibile cre  
dēt. Luc. xvij. et Mar. nono (vi  
debis gloriā dei) qz hoc totūz or  
diat̄ ad gloriā miraculi et hoc iō  
volui p̄mū fieri. Jobanis. ix. vt̄



manifestetur opa dei in illo **Ecc̄i-  
xxxvi.** Glorifica manū et brachiū  
dextrū **Joh̄. i.** Vidim⁹ gloriā ei⁹  
glam̄ q̄ h̄m̄ geit̄ a pr̄e (Tuler̄t  
ego lapidē) vt̄ om̄ib⁹ dispositio  
defūcti reuelaret̄ p̄s. Notū fecit  
dñs sa. su. an. .g. re. iu. suā (Ihe-  
sus at) h̄ sc̄do dic̄ fuscitādi mo-  
dū. Dicūt̄ aut̄ duo. s. cōcordia  
filij ad pr̄em in opib⁹ miraculo-  
rū et vox h̄ns virtutē fuscitādi. Di-  
cit̄ ego in p̄mo vox q̄tuor. oculo-  
rū ei eleuacōe oñdit̄ q̄oia sua re-  
fert̄ ad pr̄em. In sc̄do de h̄ qd̄  
h̄m̄ h̄m̄anā naturā a pr̄e h̄z gr̄as  
agit̄. In t̄cio c̄titudiez om̄i q̄ ope-  
rari vult̄ faciēda oñdit̄. In q̄rto  
finē hui⁹ graduarū actōis apit̄.  
Dicit̄ ergo ih̄s autes̄ auctor salu-  
tis (eleuatis ocul⁹) vt̄ se et sua ad  
pr̄ez dirigē se oñderz (furfū di-)  
in celū vt̄ oñderet̄ se in nullo cele-  
stib⁹ obuiaē. **ij. palipo. xx.** Hoc  
solum habem⁹ residui vt̄ oculos  
nr̄os dirigamus ad te **Joh̄. xvi.**  
Ad deū stillat̄ ocul⁹ meus **Dan. x.**  
**ij.** Que flēs suspexit̄ ad dñm̄ eāt̄  
ei cor ei⁹ fiducia h̄ns in dño (pa-  
ter gr̄ias ago tibi) p̄. **Tessa. v.**  
In om̄ib⁹ gr̄ias agite (qm̄ au-  
disti me) **Heb. v.** In om̄ibus ex-  
audit⁹ est p̄ sua reuerēcia. **Joh̄.**  
**ij.** Pr̄ amat̄ filiū et om̄ia dedit̄ ei  
in man⁹ et iō filiū semp̄ audiuit̄  
qz̄ fili⁹ nō fecit̄ in ope redēp̄cōis  
nisi qd̄ pr̄ p̄ordinauit̄ (Ego aut̄  
sciēbā) ab et̄no (qz̄ semp̄ me au-

dis) et oñdit̄ miraculi c̄titudinē  
oñdit̄ em̄ in h̄ q̄ non tm̄ habuit  
pt̄atem faciēdi qd̄ volebat̄ h̄ etiā  
sciām qd̄ factur⁹ esset̄ anq̄ facerz  
**Joh̄. vi.** Ipse em̄ sciēbat̄ qd̄ eēt̄  
factur⁹. **3.** p̄pter p̄plm̄ q̄ arāstat̄  
dixi) apit̄ qre sic gr̄as agit̄ qz̄ ad  
nr̄e fidei edificacōnem. **1.** **Joh̄. ij.**  
Apud pr̄em aduocātū habem⁹  
ih̄m̄ xp̄m̄ iustū et ipse ē p̄p̄iacō  
p̄ p̄ctis nr̄is **Rō. viij.** Xps̄ ih̄s  
q̄ est ad dexterā pr̄is q̄ etiā int̄-  
p̄ nob̄ (vt̄ credāt) virtutē tuā i  
me vidētes (qz̄ tu me misisti) ad  
volūtātē tuā in mūdo pagendā  
**Ecc̄i. xxxvi.** In asp̄cū nr̄o maḡi  
cabeis in illis vt̄ m̄gnificēt̄ te sic  
et nos cognouim⁹ te. **Ysa. xl.** Vi-  
debit̄ om̄is caro p̄ter qd̄ os dñi  
locuti est̄ **Luc. ij.** Videbit̄ ois  
caro salutaē dei mei (h̄ cū dixiss̄)  
hic ostēdit̄ vocē que fuscitādi h̄z  
virtutē. Dicit̄ aut̄ (vocē m̄gna)  
p̄cā? virtute q̄ clamoris int̄cō-  
ne (clamauit) p̄s. **Laborauit̄ cla-  
mās rauce facte sūt̄ fauces mee. h̄  
vox d̄r̄ vox tube p̄. Thess. iij.** In  
vocē arch̄ageliq̄ in tuba dei descē-  
det̄ de c̄. et mor. q̄ in xp̄o sunt. et̄  
(lazaē veni foās) Loq̄tur sic ad  
viviū qz̄ ipse ē cui oia viuūt et cui  
nō peūt̄ moriēdo corpa h̄ mutāt̄  
in meli⁹ **Rō. iij.** Vocat̄ ea q̄ non  
sūt̄ tanq̄ ea q̄ sūt̄ vocat̄ at̄ noiat̄  
i signū gr̄e **Exo. xxxij.** T̄cipm̄ vo-  
caui ex nom̄e. et̄. vocat̄ ad se in  
signū familiaritatis et clemencie



**Matth. xi.** Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. vocat extra claustrum sepulchri ut sciat se vocari ad libertatem. **Gal. v.** vos in libertate vocati estis. fratres inquit ne libertatem vestram in occasione detis carnis. sic ergo iam incipit impleri quod dixit **Ioh. v.** venit hora et nunc est quando omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei etc. **Lu. vii.** adolescens tibi dico surge. **Matth. ix.** tabita cum hoc est puella surge. Obiciunt tamen hic ut dicit **Crisostomus** heretici arriani dicentes. quod non virtute propria sed virtute orationis suscitavit lazarus et sic inferior est pater a quo hoc impetrauit per orationem. **Sed** ad hoc respondet **Crisostomus** quod ex littera hoc ostenditur non esse verum. sed in oratione ostendit quod ad patrem sicut dictum est omnia dirigit et hoc patet quod nemo gratias agit de hoc quod adhuc non recepit. Christus autem hic ante miraculum gratias agit. adhuc autem nemo scit an orationem se exauditum esse. Christus autem ante orationem se esse exauditum dicit. adhuc autem nemo scit se semper fore exaudiendum et hoc etiam Christus hic dicit. patet ergo quod virtute propria suscitavit et ideo dicit. veni foras. non dicit rogo pater ut eius resuscites. sed ista fecit ut diximus ut se de corde patris in omnibus demonstraret. (Et statim perdidit) Tagitur hic miraculi quod fecit dominus effectus. dicitur autem

tria. scilicet quod perdidit. qualis perdidit. et quibus soluendus exhibetur. De primo dicit statim. quod sic dicit **Gregorius**. Nescit tarda res. molimur spiritus sancti gratia. in hoc enim differt miraculum ab eo quod paulatim fit per naturam. statim perdidit (qui mortuus fuerat) ad vocacionem domini. **Iob. xiiij.** Vocabis me et ego respondebo tui. o. ma. tu. po. dex. (ligatus pedes et manus in stipes) ut sciatur idem esse in eis de patientis quibus erat sepultus et ideo addit (et facies eius sudario erat ligata) quod signa cognoscebant quod eius sepeliebant. Spiritually autem quando dominus per gratiam suam hominem a morte suscitavit adhuc ligatus est ad penam expiationis. pedes autem sunt affectus et intellectus et horum ligamentum difficultatem significat cognoscendi verum et amandi siue volendi bonum. manus autem signant potestatem operandi opera virtutis et harum ligatio signat difficultatem ad opera virtutum. sudarium autem super caput signat velamen faciei anime ad contemplationem celestium. Iste enim sunt reliquie peccatorum in quibus homo est etiam postquam resurgit a peccato per vitam gratie remissionis peccatorum. **Proverb. v.** Fumibus peccatorum quisque restringitur. **Ysa. v.** Ve qui trahitis iniquitatem in funiculum vanitatis et vinculum plaustrum peccatorum. Huius difficultatis ligatus homo et permanens in peccato non dissolvitur



h̄ sententia fert̄ in eū qua dicit̄  
**Math. xxiij.** Ligatis maib⁹ ⁊ pe  
dibus picte eum in tenebras ex  
teriores ibi erit fletus ⁊ stridor  
dencū. Similit̄ sudariuz nō au  
fertur a cordib⁹ eorū qui a peccō  
nō resurgūt. **ij. Cor. iij.** velamen  
est positū sup̄ cor eorū. **Heb. ix.** h̄  
signante spūsando nō dum p̄pa  
lata eē viam scōz (dicit̄ eis ih̄s)  
discipulis suis quib⁹ in petro di  
xit quodcūqz ligaueris sup̄ terrā  
erit ac̄. **math. xvi.** (Soluite eū)  
hoc est ministeriū sacerdotū xp̄s  
enī a morte absoluit ligando ad  
penam expiacois quā nō def̄mi  
nauit. Sacerdotes at̄ ligāt ad pe  
nā satisfactōis absoluētes a peā  
pene qua ligatus ad eos prodijt  
**Math. xxi.** soluite ⁊ adducite in  
qz tamē nō soluūt aliquē nisi p̄  
eum ligēt ad satisfactōem. qz per  
satisfactōem in vsu bone opacio  
ni⁹ soluūtur vincula difficultatū  
ad opandū ⁊ intelligēdum ⁊ vo  
lendū ⁊ contemlandū. ideo dicit̄  
**Ysa. xlv.** vincū manū p̄gēt ⁊  
te adorabūt teqz deprecabūt. p̄s.  
Ad alligādos reges eorū in cōpe  
dib⁹ ⁊ nobiles eorū in manū  
ferreis. **Ferz** enī tomāt ⁊ similit̄  
eciā pena satisfactōis iniuncta  
a sac̄dote ⁊ qñ sacerdos ligat ali  
quē illa pena statim absoluit eū  
a pena difficultatum predictarū  
hinc est qd̄ domin⁹. **Luce. xvij.** di  
xit leprosis iam mūdatis. **Ite** on

dit̄ vos sacerdoti. ⁊ **Math. viij.**  
**Vade** ostende te sacerdoti ⁊ offer  
munus quod cōstituit moyses i  
testimonium illis. **Beda** dicit̄ po  
tuit ligamenta soluere qui mor  
tuum suscitauit. h̄ p̄pter vinitatez  
ecc̄ie ⁊ indiuiduā caritatez dixit  
ministeris: soluite eum: quia sine  
vinitate catholice fidei ⁊ caritate  
sac̄ditati ecc̄iastice peccā nō soluū  
tur (⁊ finite abire) liberum i vin  
culis. tamen obediēcie catholice  
ecclesie ne amplius peccet custo  
ditum. **Luce. vij.** Fides tua te sal  
uam fecit vade in pace. dixit aut̄  
hoc ne putetur fantastice surrex̄  
se. sed vere quādo libertatem sui  
haberet ad opeā vite. psalmista  
**Laqueus** cōtritus est ⁊ nos libe  
rati sum⁹. (Multi ergo ex iudis)  
**Tangitur** hic fructus miraculi  
primo in deuotis ⁊ secundo in in  
deuotis. dicit̄ ergo: multi ergo ex  
iudeis: quia non omnes (qui ve  
nerant ad mariam ⁊ martham)  
sorores causa consolacōis (⁊ vi  
derant) mirabilia (que fecit ih̄s)  
**Job nono.** Qui facit magna et  
inscrutabilia ⁊ mirabilia quo rū  
nō est numerus (crediderunt in  
eum) **Actuum. xiiij.** Crediderunt  
quotquot erant p̄ordinati ad vi  
tam eternam ⁊ istis signum fuit  
causa salutis (Quidā autē ex ip  
sis) iudeis inuidi ⁊ exploratores  
existētes qui falsa simulacōe o so  
lacois venerāt vt explorarēt xp̄s



quod sepe illuc venire consueuerat ipse  
et discipuli Gal. ij. propter subintro-  
ductos falsos fratres qui subintroierunt  
ut exploraret libertatem nostram quam  
habemus in christo ihesu (abierunt) in  
via erroris (ad phariseos) ma-  
lignos et inuidos (et dixerunt eis)  
tristi vultu ac lacerato corde (quod  
fecit illis) quia in hoc tam magifico fa-  
cto multum confusi fuerunt et sic iu-  
ta magnalia christi predicauerunt. **Ysa.**  
**xij.** **N**otas facite in populis ad-  
uentiones eius memetote qui ex-  
cellsum est nomen eius (**Collegerunt**  
**ergo**) **H**ic tangit persecutionem factam in  
christum propter miraculum diuidit autem  
hoc psalmus in quatuor partes in quarta  
de infectione domini querit consilium et  
consilium colligit in secunda autem  
datur a capharnaum consilium et pro-  
posito eorum satisfaciens et saluti omnium  
expediens ibi: unde autem ex ipsis: in  
tertia autem omnium unanimis con-  
sensus fit ad consilium illud proficiendum  
dum ibi: ab illo ergo die: in qua  
ta et vltima parte ostenditur qualiter  
studet proficere in opere quod malo con-  
silio deliberauerunt ibi: querebant er-  
go ihesum: **P**rima harum partium subdi-  
uiditur in quatuor: in quarum prima  
consilium colligitur in secunda con-  
siliium in omnium consilio querit et ra-  
tio quod de hoc sit ipsorum necessarium con-  
siliium allegat in tertia ratio am-  
plius obedientie populi ad christum  
conuersi proponitur in quarta timor  
quem ad romanos habebant deseri-

bitur **D**icit ergo: **Collegerunt** er-  
go (pontifices) in quibus fuit auto-  
ritatis preeminencia (et pharisei) qui  
alios excellere signis religionis  
ut ex zelo boni facere videretur.  
**I**sti ergo collegerunt (consilium) con-  
siliium a consilio dicitur: quia consiliati erant  
in vno malo consilio **Ysa.** **viiij.** **I**n-  
te consilium et dissipabit loquimini  
verbum et non fiet: quia nobiscum de-  
hoc consilium fuit synagoga sathanae.  
**Apo.** **ij.** dicunt se iudeos esse et  
non sunt: sed sunt synagoga sathanae.  
**Ecc.** **xxi.** **S**tuppa collecta sy-  
nagoga peccatorum. **ps.** **Non** gre-  
gabo uentacula eorum de sanguinibus  
(aduersus ihesum) **Act.** **iiij.**  
**C**onuenerunt in ciuitate hac uere  
aduersus sanctum puerum quem  
uixisti ihesum et fecerunt in eum quemcumque  
quod manus tua decreuit fieri. **psal.**  
**Quare** fremuerunt gentes et popu-  
li meditati sunt iamam (et dicebant)  
querentes consilium **Gen.** **xlj.** **I**n con-  
silio eorum non ueniat anima mea.  
**Ysa.** **p.** **I**niqui sunt ceteri vestri  
(quod facim?) ecce inquisicio mali  
consilij in comunim proposita. est autem  
uermum angustia dicere quod faciam  
uel quid faciam? angustia autem  
hoc puenit ex tribus. scilicet auaricia  
quod lucrum in populo amittere timu-  
erunt. unde ille auarus dixit **Luc.** **xij.**  
quid faciam quia non habeo ubi repo-  
nam fructus meos. **S**ecundo puenit  
ex timore amittendi amministrationis  
eorum officij et dignitatis. unde **Lu-**



xvi. dixit villic? iniquitatis vidēs  
se eē destituēdū a ptate amistrō  
mis rex dñi sui qd faciāz qz dñs  
me? aufert a me villicacōez? **Ter**  
cia puēit ex āgustia inuidie q̄ cu  
sto in grā miraculoz florēt iudi  
inuidēbāt **Actu. iij.** qd faciē?  
vin frēs twib? istis qm̄ qdē notū  
signū factuz ē p̄ eos omib? bitati  
b? i iherlm̄ maifestū ē a nō possu  
m? negare **Oib?** istis de caus? isti  
stristati a stricti a āgustiatī dī  
cūt qd faciē? ac si di. in glā isti?  
nos a depaupati a destituti pro  
prijs officijs a sine glā ap̄ d̄ twi  
nes effā sum? **Sap. ij.** h̄ dixerūt  
a errauerūt. excecavit ei illos ma  
licia eoz. p̄s. defecerūt scrutantes  
scrutumio (qz h̄ tō) rōnē p̄ponūt  
q̄re necariū sit cōsiliū. qz h̄ tō (ml̄  
ta fiḡ facit) quē in tāto miraclo  
deū eē agnosce poterāt adhuc ex  
cecari twiez vocāt. **ij.** **Thi. iij.** twi  
nes corrupti mēte cū fidē naufragauē  
t: multa fiḡ facit: ecce xpm̄  
vere face fiḡ recognoscūt a iō p̄ i  
uidiā q̄rūt occidē **Jo. iij.** **Nemo**  
p̄t h̄c fiḡ fa. q̄ tu fa. nisi fu. d. cū  
eo. ex h̄is em̄ signis credē debu  
erūt a ipsi eoz cor de p̄ssio occisi  
onē ipi? machinati sūt. **heb. ij.**  
**Cōtestate** deo signis a portētis a  
varijs v̄tutib? a sp̄ūscā distribu  
cōib? h̄m suā volūtate (si dimittā  
m? eū sic) libē p̄cedē miraculādo  
a asiḡt h? p̄sistatī rō ex amī  
sione lucra a dñacōis eoz in p̄lo

a hoc ē (ōnes credēt in eū) a aū  
tētur a nob **Ih̄. xxxviii.** **Roga**  
m? vt occidat homo iste. de indu  
stria ei dissoluit man? viroz bel  
landū q̄ remāserūt in cītate hac  
a man? vniū p̄li loq̄m̄ ad eos  
h̄ istos in corde āgustiauit qz illi  
q̄ pugnauerāt p̄ eis loq̄m̄ xpo i  
cipiebāt a ab eis recedebāt. **Jo.**  
**xij.** videtis qz nichil p̄ficiam? ecce  
mūd? totus p̄t? eū abijt (a veni  
ent romāi) q̄ edidit p̄suerāt qz  
nulla gēs sibi regē vel deū cōstitu  
at sine autoitate ipoz (a tollēt)  
in penā nrē p̄sūpcōis si in regnū  
p̄ fauorē p̄li p̄ficiat (n̄m locū)  
in quo nos dñamur (a gentē) q̄  
nob mō obedit **Prou. xxix.** q̄ fiet  
twiez cīto corrueta hoc fecm̄ ē istis  
vt dicit **Aug?** qz occidēt xpm̄  
ne locū a gētē amitterēt a ex ip̄o  
p̄ tytiā a vespasianū romāos p̄  
āpes a locū a gētē amiserūt **Qui.**  
**xxiiij.** veniēt i trienb? de ytalīa a  
supabūt assīrios v̄stabitqz he  
breos a ad extremū eā ipi p̄dū  
tur **Mat h̄. xxiiij.** **Ecce** relinqtur  
vob dom? v̄ra dextra **Prou. x.** q̄ ti  
met ipius veniēt sup eū desiderū  
suū iustis dabit (vn? at ex ip̄s)  
**Tagit** hic cōsiliū dacio in q̄ oēs  
cordauerūt. dicit at h̄ t̄a: descri  
p̄cio dātis. cōsiliū datū a dīna di  
spōsicō ordināsvt talib? v̄b for  
ret. dicit at: vn? at ex ip̄s singula  
ris dignitatis a singularis astu  
cie a singularis malicie **Eze. xxi.**



Tu autē pphane et impie dux israel cui? venit dies in tēpore iniquitatis p̄finita (cayphas noīe) qui inuestigator interpretat q̄ maior fuit astucie ad inuestigandum qualiter malū cōceptū p̄ficere. **Job. v.** Ecce hoc ut inuestigauim? ita est qd̄ auditū mente p̄tracta. ad hoc em̄ p̄posuit ut oīnes in cōmuni hoc mēte p̄ficiendū p̄tractarēt (cum esset pontifex am̄ illius) attēde qd̄ p̄mo cōstituit deus ut vn̄ esset sūmus pontifex. cui mortuo ali? succederet. sic legitur **Nūi. xx.** de eleazaro qui ipse aaron p̄mo et sūmo sacerdoti est s̄stituit. deinde crescēte ambitione eorū et nō sustinente p̄ncipatum vn̄ fecit dauid ut eēt viginti quatuor sūmi sacerdotes q̄ p̄ vices ministrarēt ne cōtēcio et scisma fieret int̄ eos sicut legitur. **p̄mi pali. xxiiij.** vbi sic legitur. **Diuisit eis dauid hoc est sadoch de filiis eleazari et abymelech de filiis p̄thamar s̄m vices suas in ministeriū. postea vero qm̄ reuertētes de captiuitate babilonica empti cū fecerūt sacerdotiū sic legitur. p̄ Mach. viij.** qd̄ alchimus ambiebat p̄ncipatum sacerdotij sūmi tūc emerūt a p̄tate publica sacerdotiū siue a regib? syrie siue a romanis et tūc emerūt ad tempus annuū vel plus s̄m qd̄ cū p̄tate p̄ angere potuerūt et tūc p̄pter cognacōem anas et cayphas sacerdo

cū empti am̄ ministrabant. qd̄ vn̄ erat socer alteri? et vn̄ vno āno et alter alio anno am̄ ministrabat lucy habētes cōe et cōsiliū faciētes in vn̄ āno ergo passio m̄ dō inimice p̄ncipabat cayphas et h̄ est qd̄ dicit: cum eēt pontifex am̄ illi? Dicit autē hoc trib? rācōibus quaz vn̄a p̄ma ē ut intelligat qd̄ ex hoc p̄mam vocē habuit in cōsilio et ideo p̄mū p̄posuit. secunda causa fuit qd̄ vox sua magis autētica fuit et facilius alios in cōsensū attraxit. **Osee. xiiij.** loquēte effraym hoc ē rege horroz inuasit isrl̄ et deliquit in baal. **Ecc̄. xiiij.** Diues locutus ē et oīnes tacerūt et verbum illius vsq; ad nubes p̄ducent. Tercia causa ē spūalis qd̄ p̄pter figurā qua pontificatus ei? pontificatū eccl̄ie figurabat. reuerēciā habuit p̄ntificat? synagoge apud deū q̄m̄ eēt symoniac? et ideo honore pontificij dedit ei de? p̄ferre talem sermōem qui significat? utilitatē passiois d̄m̄ce. vn̄ eccl̄ia. **Actu. xxiiij.** cū paulus sūmum sacerdotē se iubētem p̄cutē maledixisset excusabat maledictū p̄pter reuerēciam sacerdotij dicens nesciebā fr̄es qd̄ sūmus sacerdos esset. **Saul eccl̄ia p̄. Reg. xix.** p̄phetavit n̄ ex vite merito. s̄ p̄ reuerēciā regal? dignitatis ad quā vnctus fuit et hoc ē ergo qd̄ dicit: cum eēt pontifex am̄ illius: (dixit eis) malo quidē animo et



ignorās q̄ verba salutis ōnī p  
ferrz (vos nescītis q̄c̄p̄ nec cogi  
tatis) more sup̄boz alioz iuenta  
vitupādo ānichilat p̄mo a tūc  
suis influere conat̄ cōsiliū. **V**iaie  
q̄nto. **v**e qui sapiētes estis i ocul  
vris a corā vobis metep̄is prudē  
tes. **I**tē. **xix**. **v**e qui p̄fundi estis  
corde vt a dño abscondatis cōsili  
um quoz sunt in tenebris op̄a  
a dicunt quis nos videt. p̄uersa  
est hęc cogitacio v̄ra. **p̄s**. Nescie  
runt neq; intellexēnt in tenebris  
ambulant (q̄ expedit vobis) id  
est int̄cōm̄ vr̄e (vt vn̄ moriat̄  
homo) qui vt dicebant ōnes cō  
mouet a nobis auertit (p̄ po  
pulo) qui moritur? a disperden  
d̄ foret si iste p̄ficēt (a) sic mor  
tuo illo (nō tota gens peat) per  
romanos. **I**tere. **xi**. **S**up me co  
gitauerūt dicētes. venite mittā  
lignum i panes eius a eradam?  
eum de terra viuencū a nom̄ ei?  
nō memoret̄ amplius. **G**en. **xxxv**  
**ij**. occidam? euz a videā? si p̄fint  
illi somnia sua. que enī dixerūt p̄  
phete de ip̄o somnia reputabant  
(hęc autē nō dixit a semetip̄o)  
verbū est euāgeliste ostendētis  
q̄ etiā si mala int̄cōe hęc dixerūt  
sp̄ū sanct̄? tamē in verbū p̄phete  
cōsiliū inflexit a formauit. vnde  
diat: hęc a semetip̄o: hęc ē a sp̄ū  
p̄prio sue malignitatis: non di  
xit: in ea verborz significacōne q̄  
p̄tulit (sed cum eēt pontifex am

illius) ob reuerēciāz pontificat̄  
p̄phetavit hęc est verba p̄phete  
p̄tulit q̄uis inspiracōem p̄phete  
caz nō accepit (q̄ ilhs) auto: sa  
latis (morturus erat p̄ gēte) to  
ta iudeorū ne originalis p̄cti rea  
tu p̄iret. **ij**. **C**or. **v**. **P**ro ōnibus  
mortuus est xp̄us vt qui sibi vi  
uunt iam nō sibi uiuant. **h** ei qui  
pro ip̄is mortu? est. **A**po. **p̄rio**  
**D**ilexit nos a lauit nos a p̄ctis  
nr̄is in sanguie suo (Et nō tū p̄  
gente) illa iudeoz. **Ysa**. **xlj**. **P**a  
ru? est michi vt resuscites michi  
trib? iacob a feces isrl̄ conuerten  
das dedi te in lucem gencauz vt  
sis salus mea vsq; ad extremuz  
terre a hęc est quod sequitur (h̄  
vt filios dei) ōnes in toto mūdo  
ad grāciam p̄destinacōis quos  
deus in filios adopcōis formā  
tos p̄uidit cōformes futuros  
filio suo. **Rō**. **viii**. quos p̄destia  
uit a p̄sciuit cōformes sicut p̄ma  
ginis filij sui hōs a vocauit (qui  
erant dispersi) in multos cultus  
a in multos deos a diuersas vo  
luntates a modos viuēdi (cōgre  
garet in vnum) per fidem religi  
onis cristiane. **psal**. **S**aluos fac  
nos domine deus noster a cōgre  
ga nos de nationibus vt confite  
amur nomini tuo a gloriemur  
in laude tua. **Ezechiel** tricesimo  
sexto **T**ollā vos de gētib? a cōgre  
gabo vos de tr̄si q̄b? dispersi estis  
a addu. vos i ter. **v**. **I**h̄e. **xxij**.



**N**ō dicent vlttravinit dñs q̄ edu-  
xit israhel de terra egipti. h̄vi. do.  
q̄ a. a e. semen israhel de terra aq̄  
lonis a de cundis f̄ris ad q̄s cie  
erā eas illuc a habitabūt in ter-  
ra sua **Joh. x.** alias oues h̄eo a c̄  
**Ysa. xi.** Congregabit pfugos is-  
rahel a dispersos iuda colligz a  
quatuor plagis terre. hic out̄ q̄  
stio a videtur q̄ capphas hoc co-  
silio meruit ex quo nō a seipso h̄  
a spūfācto h̄ dixit. **A**dhuc at̄ q̄a  
cōsiliū hoc vtile fuit ad totū mū-  
di salutē. **Q**uerit etiā vltter? in  
quo genere p̄phetie iste p̄phavit  
iste em̄ nō habuit visionē sēfibi-  
lem. q̄ illa in littera fuissz expref-  
sa. nec habuit visionē ymagia-  
riam p̄pter eandē racōem. visioez  
autē intellectualē penit? nullam  
habuit. q̄ nesciuit q̄ verba eius  
ad mundi salutē vtilia fuerunt a  
sic videt q̄ nullo modo p̄phavit  
**A**d hoc dicendū q̄ iste peccavit  
tale dāto cōsiliū q̄ verba q̄ pro-  
tulit ad duo referri poterāt a du-  
as causa? habebāt veritatis. vna  
erat q̄ expediebat ad maliciā iu-  
deoz cōsequendā a ad tollendā oc-  
casionē iudeorum p̄pter quam  
romani si vellent possent tollere  
locum a gentē sic supra verba il-  
la expofita sūt. secūda erat q̄ ad  
salutē mundi expediebat sic ver-  
ba illa euāgelista expofuit. **C**ap-  
phas autē in sensu a intecōe pri-  
ma ista verba p̄tulit a ideo pecca-

uit. **A**d aliud dicendū q̄ vtilitate  
redēp̄cōis in verb̄ illis capphas  
nō intellexit nec intendit. **A**d id  
q̄ vltter? q̄ntur: dicendū q̄ cap-  
phas p̄phetavit a tamē p̄pha n̄  
fuit in aliquo genere p̄phetie sic  
p̄bat obiectō. h̄ habuit aduz p̄-  
phete in annūciādo grāciam fu-  
turam a ideo sicut lingue afine  
balaam moto: fuit spūfāctus  
q̄n̄ voluit vt annūciaret de futu-  
ra grā ita linguā istū? mouit ad  
v̄ba que p̄nūciaret de grā redēp̄-  
cōis a talis p̄pheta q̄ nichil ispi-  
racōis vel visiois habet p̄pha  
vocatur stult? a insan? **Osee. ix.**  
**S**ūtote israhel p̄pheta stultū in-  
sanū vilem spūalem p̄pter multi-  
tudinē iniquitatis a demēcie. deus  
em̄ sepe vtatur malis actib? h̄oz  
in bonū a ita fecit hic sic balaam  
**Nūi. xxiij.** libēter populo maledi-  
xissz verbis suis q̄ de? sēp̄ p̄ter fu-  
am intencōez ad bonum inflexit  
**Nūi. xxiij.** **N**ō potero immutāe  
verbū dñi dēi mei vsqz em̄ ad lin-  
guā in talib? operatur spūfāctus  
a nō opatur ad sensū vel ymagi-  
nacōez vel intellectū a ideo nō sūt  
p̄phete q̄uis p̄phetent. p̄. **L**in-  
gua mea calam? scribe velociter  
scribētis. **(A**b illo ergo die) **E**cce  
cōsensus in cōsiliū: ab illo ergo  
die: q̄ datū est cōsiliū a cōsensus  
in ipfū (cogitauerūt) vias quere-  
tes (vt interficerēt eū) añ q̄dem  
etiā cogitauerāt. h̄ nō vnāminis



cōsenserāt h̄ mō onīs cogitauerūt  
a vias ad hoc q̄sierūt **Ysa. viij.**  
**O**ia que loq̄tur p̄plus iste coniu-  
ratio est **V**nde a dñs improperat  
p̄ncipibus totū malū qd̄ fecit po-  
pul⁹. **Jere. xxij.** **S**i stetit in  
cōsilio meo a v̄ba mea nota fecit  
sent p̄plo meo: auertisse vtiq; po-  
pulū a via sua mala a cogitaci-  
onib⁹ suis pessimis (il̄s ergo iā  
nō palā) h̄ est sc̄dm̄ istius ptis  
in quo nos exēplo suo nos docet  
xp̄s q̄ in p̄sonali p̄secutione de-  
clinem⁹ rabiē furenciū cōtra nos  
q̄n̄ grex nō querit **E**t dicit tria sc̄z  
xp̄i occultacōem. xp̄i declinacōnē  
a discipuloz cōsolacionē. **D**icit er-  
go il̄s ergo iā dato cōsilio: nō  
palā apud iudeos: illos q̄ cōsen-  
serūt illis (ābulabat) **I**n figura  
hui⁹ **Josue. ij.** legit q̄ raab fecit  
ascēdere viros nūcios dei in sola-  
riū dom⁹ sue a abscondit eos **Ysa.**  
**ie. xvi.** **A**bsconde fugientes a va-  
gos ne p̄das (h̄ abijt i regiōez)  
vbi amicos hūit (iuxta desertū)  
vbi nō eāt frequēcia infidancū  
p̄. **Re. xxij.** **T**u infidialis anime  
mee vt auferas eā (in ciuitatez q̄  
dicitur effrē) vel effrata sc̄dm̄ **Cri-**  
**stost.** qz ab vbertate fr̄e locus no-  
mē accepit. qz effrem vel effrata  
frugifera vocatur. **I**bi enī crist⁹  
verbo pauit incolas a facile cum  
tanta multitudine discipuloz cor-  
poralē pastū inuenit (a ibi mora-  
batur) ad temp⁹ (cum discipul⁹

fuis) quos desolatos in tribula-  
ciōe dimittere noluit p̄. **Re. xxij.**  
**C**ouenerūt ad d̄ auid om̄es qui  
erāt amaro aio a opp̄siere aliē  
no a factus est eis princeps **Ysa.**  
**vij.** **E**cce ego a pueri mei q̄s mi-  
chi dedit dñs (proximū aut̄ erat  
pascha) **I**ncipit hic quarta ps  
i qua ostēditur qualiter hoc qd̄  
diffinitū erat cōsilio p̄ficere cona-  
ti sunt. **D**icit autē tria tēporis sc̄z  
oportunitatē. iudeoz machina-  
onē a malicie autoitatē. **D**icit er-  
go proximū erat autē pascha iu-  
deoz: qd̄ quartadecia aprilis ad  
vesperū celebrabatur **D**icit autē  
(iudeoz) ad d̄iam pasche xp̄ia-  
noz qd̄ non semp̄ illo die celebri-  
tur **Math. xxvij.** **S**atis qz post  
biduū pascha fiet a filius homi-  
nis tradet vt crucifigat. **H**ec er-  
go solēntas pasche fuit p̄xima  
q̄n̄ iam h̄ies ascendere ad festū  
incepūt a hoc est qd̄ sequitur (a  
ascēderūt multi iherosolimā) p̄s  
**I**lluc enim ascēderūt tribus tri-  
bus dñi. a c̄ (De regiōe illa) vbi  
morabat̄ domin⁹ ih̄sus (āte pa-  
scha) hoc est ante festum sole-  
nitatis forte per octo dies vel plu-  
res (vt sanctificarēt) hoc est mū-  
darēt (seipsos) ante festū vt pu-  
rificati festum possent celebrare  
nullus enim immundus pascha  
comedere audebat **N**umci nono  
**H**omo qui fuerit immundus su-  
per animam vel qui fuit in via



faciet phasē mēse scdo et iō p̄ue  
niebant festū vt mūdātā an̄ in fe  
sto apparerēt et int̄ illos q̄rebat̄  
ih̄s et discipuli ei? qz sciebat q̄  
ip̄e p̄cipue mūdus iter alios ap  
pare solebat. et hoc ē qd̄ sequit̄  
(Querebāt ego) inter illos ante  
festū ascendētes (ih̄m) vt occide  
rent: festis sanguinē innocentē  
miscere cogitātes vt impleret̄ qd̄  
dicit̄ **Thobie. ij.** Dies festi vestri  
cōuertētur in lamētacionem et lu  
dū. vñ **Crisp.** Hīj venerāt in exte  
riorib? se mūdare et interiorib?  
se p̄ homicidiū et sanguinē se coi  
quinaē. et hoc ē qd̄ dicit̄: Quere  
bant ergo: vt inuentū tenerēt et  
vt occiderent nō vt inuēto crede  
rent et inuentū seq̄rēt. et ideo de  
talibus dicit̄ **Ysaie. lxvi.** Qui im  
molat bouē q̄i qui interficiat viz  
q̄ mactat pec? q̄si q̄ excrebrat ca  
nē. q̄ offert oblatiōem q̄i q̄ sāgui  
nē hūilū offerat. q̄ recordat̄ thuris  
q̄si q̄ b̄ndicit̄ p̄dolo. **There. xi. nū**  
qd̄ carnes sc̄e auferent malicias  
tuas a te in q̄bus gloriata es. sic  
ergo querebāt ih̄m. **Reg. xix.**  
Ego relictus sū solus et q̄rūt aiāz  
meā (Et colloq̄bant̄ ad inuicēz  
in templo stantes) in q̄ debebāt  
liberari etiā nocētes: tractabāt ibi  
de occasione innocētis. **Math. xxi.**  
domus mea domus orōnis vocabi  
tur. vos aut̄ fecistis illā speluncā  
latronū. **Ysaie. i. man?** v̄re san  
guine plene sūt et p̄cedit cū extē

tertis manus v̄rās nō exaudia.  
(Quid putatis qz non venit ad  
diem festū) ita int̄ se tractabāt.  
Erat enī consuet? qz an̄ alios t̄p̄  
tam p̄uenit vt prodesz de longe  
venietibus q̄ ante festū ad festū  
p̄perabāt. Et hoc ē qd̄ dicit̄: qz  
nō venit: hoc ē qz non p̄uenit sic  
alia festa p̄ueniē shueuerat vole  
bant enī ante festū anq̄ conueni  
ret populus x̄pm occidisse. **Vnde**  
**Math. xxvi.** dixerūt nō in die fe  
sto ne forte tumult? fierz i popu  
lo. **Proverb. i.** venite insidiemur  
sāguini abscondam? tendiculas  
cōi in fontē frustra deglucaamus  
eū sic infern? viuente. et integrū  
q̄si descēdente in lacū (dederāt enī  
pontifices et pharisei mādātū) et  
in hoc habebāt autoritatē vt q̄li  
bet apprehēderz eum sicut saul de  
dauid. **i. Regū. xxij.** et sic amā de  
marдохeo. **Hester. iij.** (vt q̄cū  
qz agnouerit vbi sit) quia time  
bāt: qz in aliā formā arte migro  
mātica se t̄nsformaret. et sic eua  
deret. **Math. xxvi.** quēcūqz oscu  
lat? fuero ip̄e ē tenete eū et duāte  
caute (idic? p̄tāi publice (vt ap  
prehēdāt eū) mistri publice p̄tā  
tis. **i. Regū. xxiij.** considerate et vide  
te omnia latibula in q̄bus abscon  
ditur qz si in terrā se obstruxerit  
p̄scrutaboz eū in cūctis milib? iu  
da. **Reg. xvij.** nō est gēs aut  
regnū in quo nō miserit achab  
te requirens.